

ad eccles. confug. ubi allegat Bart. Brixien. in quæst. 37. incipit, *carceratus quidam*, et Archid. in cap. *cum homo*. 25. quæst. 5. et questionem Bart. Brixien. ponit Montal. referens ejus verba in l. 2. tit. 12. lib. 2. *For. LL.* et vide per Joan. Andr. in additione ad Speculat. tit. *de jurejurand.* Bart. in l. *relegati*, ff. *de pœnis*.

(2) *A la Iglesia* Etiam si non sit consecrata, ut in cap. *de consecr. eccles. vel altar.* et in cap. *ecclesiarum, de immunit. eccles.* et licet ecclesia sit interdicta, secundum Abbatem post alios in dict. cap. *ecclesiarum*; et similiter gaudet Hospitalia, et Oratoria, si sunt Episcopi auctoritate fundata, secundum Hostiens. et Abb. in dict. cap. *ecclesiarum*, Archid. in cap. *diffinitiv.* 17. quæst. 4. Bald. in l. *si quis ad declinandam*, column. 15. *C. de Episcopis et cleric.* Privata verò Oratoria, vel Hospitalia non gaudent, vide Gloss. in cap. *quidam*, 18. quæst. 2. et Bald. ubi suprâ, et vide per Abb. in cap. *officii, de testam.* et per Rochem in tractatu *de jure patron.* chart. 18. et 19. et Francis. Balh. in tractatu *præscrip.* chart. 41. col. 2. et an si Episcopus in Hospitali exercuit unum jus Episcopale, an ex hoc præsumatur Episcopi auctoritate fundatum? Vide per Abb. in cap. *1. de religio. domib.* Item monasterium seu domus religiosa gaudet ista immunitate, Archid. in dict. cap. *diffinitiv.*, vide per Felin. in cap. *de quarta*, column. 4. *de præscrip.* et per Archiepiscopum Florent. in summa, 3. part. cap. 12. Item et palatium Episcopi licet sit extra triginta passus ecclesie, Glossa in cap. *constituimus*, 17. quæst. 4. tenet Abb. in cap. *ecclesiarum*, et Hostiens. in summa. *de immunit. eccles.* §. *in quantum*, colum. 2. ad fin. Item, si dum quis fugit ad ecclesiam, obviaverit sacerdoti corpus Christi deferenti, gaudet hac immunitate, secundum Hostiens. in dict. §. *in quantum*, column. 3. dicens, quod licet hoc non sit in jure expressum, quilibet catholicus facere hoc debet, sicut probat fides mulieris fluxum sanguinis patientis, et dicentis. *Si tetigero tantum fibriam vestimenti ejus, salva ero.* Et ait Jesus: *Confide, filia, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier in illa hora.* Matt. cap. 9. v. 21. et 22. vide ibi per Hostiens. Si tamen corpus Christi detur judicatio ad mortem, non gaudet hac immunitate, ut tradit Glossa assignans in hoc rationes in cap. *quæsitum*, 15. quæst. 2. assignat etiam Hostiens. ubi suprâ, ubi dicit quod in tali mors est differenda per illum diem, et fortè per tres vel quatuor dies, allegat in argum. cap. *omnis homo*, et cap. *tribus gradibus, de consecr.* dist. 2.

(3) *Ladrones manifestos.* Concordat cum cap. *sicut antiquitus*, 17. quæst. 4. et cap. *inter alia, de immunit. eccles.* et declarat ista lex, qui sint isti. Abb. etiam in dicto cap. *inter alia*, ultim. notab. dicit, quod publicus latro dicitur, qui palam et publicè furatur, ut sunt isti piratæ, vel qui publicè stant in stratis, vel isti habentes arcem vel castrum, et disrobant homines transeuntes; et vide in §. *publici latrones, de pace tenenda, et ejus violat.* an autem sufficiat ad extrahendum eum de ecclesia, probare esse famosum, et publicum latronem, quia publicè sic dicitur, quod disrobabat in sylvis homines, de disrobatione tamen non constat? Andr. de Isern. in dicto §. *publici latrones*, vult quod hoc sufficiat ad hoc, ut possit torqueri, l. *de minore*, §. *fin. ff. de quæst.* et quod non audiatur appellans, l. *constitutiones, ff. de appellat.* ad aliud vult, quod non sufficiat, quia in criminibus probationes debent esse luce clariores: et idem videtur quod ad extrahendum de ecclesia debet liquidò probari.

(4) *Las miesses.* Hic dicitur nocturnus depopulator agrorum, de quo in dicto cap. *inter alia*, et est expositio quæ hic ponitur illa, quam ponit Hostiens. eod. tit. in summa, §. *in quantum*, column. 2. Innocentius verò in dicto cap. *inter alia*, exponit, eo quod in nocte segetes destruit, dum ibi se abscondit, vel latet, vel propter homicidia, vel rapinas, quas facit in strata, comburit et destruit agros eorum, qui eis non serviunt: vel secundum Abbatem intelligitur ille, qui clam, vel nocte disrobat in stratis. Si ergò non in stratis publicis hoc facerent, immunitate gauderent: dicit tamen Innocentius, ubi quod possit dici, quod quicumque insidiosè offendit, hoc privilegio non gaudet; qui autem non insidiosè, sed ex impetu, aut casu fortuito, semper immunitate gaudet: et quod idè illa Decretalis inter alia de his duobus generibus hominum mentionem fecit, quia de his semper præsumitur, quod insidiosè fecerint. Vult ergò Innocentius, et post eum Joann. Andr. quod delinquens insidiosè, et ex proposito in quocumque genere delicti, immunitate non gaudeat, quod Abb. reprobat ibi colum. 7. dicens, esse contra notata per eundem Joann. Andr. in cap. *1. de homicid.* et contra cap. *fin. de immunit. eccles.* inducendo illud per locum ab speciali: et ratio quare jura magis exasperant in his latronibus, quam in aliis; quia illi sunt

deteriores, et interest illos puniri plurimum, quam alios malefactores, cum pluribus plura exitia cogitent, quam alii: et ista dicta Abb. notanda, ac diligenter advertenda censeo, quibus et videtur assentire lex ista Partitarum.

(5) *En la Iglesia.* Concordat cum cap. *fin. de immunit. eccles.* et licet hic tantum dicat de occidente vel percutiente in ecclesia, idem dicas in aliis enormibus criminibus in ecclesia commissis, secundum Abbatem ibi; et adde Glossam de committente furtum vel sacrilegium in ecclesia in cap. *frater*, 17. quæst. 4. et idem dicit Hostiens. in dict. §. *in quantum*, si commissit delictum prope ecclesiam, intendens per ecclesiam liberari, aliàs non commissurus, ut si interfecit hominem in cœmeterio prope ecclesiam, et intravit ecclesiam in continenti; nam talem non defendit ecclesia.

(6) *Enfuziandose.* Hoc in dubio præsumitur, secundum Hostiens. in dict. cap. *fin.* si tamen contrarium appareret, ut quia ex verbis noviter ortis homicidium sequutum est, tunc gauderet immunitate secundum eum; et videtur hoc rectè dictum, licet Abb. ibi velit contrarium, imò quòd et tunc detrahatur; et dictum Hostiens. dicit verius Sylvester in summa, in verbo *immunitas*, la 5. vers. *secundo quæritur*.

(7) *A los que la queman, o la quebrantan.* Concordat cum cap. *frater*, et cap. *ad Episcopos*, 17. quæst. 4. et probatur hic dispositionem dict. cap. *fin.* eod. tit. habere locum in enormibus criminibus in ecclesia commissis, de quo dixi suprâ.

(8) *Defende.* Ergò defendet occidentem proditoriè seu per insidias extra casus suprâ enumeratos; quòd et fuit de mente Hostiens. in dict. §. *in quantum*, et tenet in terminis Abb. in dict. cap. *inter alia*, colum. 6. motus per textum in cap. *fin.* eod. tit. per locum ab speciali, et Joan. Andr. et Abb. in cap. *1. de homicid.* exponens illum textum aliter, ut non intendat de evasione ab ecclesia, neque de morte naturali, quæ certè sunt expositiones extraneæ. Hodie verò de consuetudine servatur in Regno dispositio illius cap. 1. ad litteram intelligendo, prout aliqui Doctores voluerunt, quòd intelligatur: de quo videas ibi per Joannem de Anna. et Felin. per Montal. in l. *fin.* tit. 5. lib. 1. *For. LL.*

(9) *Deueno descolmugar.* Adde cap. *miror*, et cap. *si quis contumax*, et cap. *quisquis*, 17. quæst. 4. ex quibus patet, quòd debet violator excommunicari, et condemnari pecuniariter; et imponi sibi publica pœnitentia, neque restitui communioni, nisi restituat extractum; de jure civili puniebatur, ut in l. *præsenti, C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt*, et adde quæ notat Abb. in dict. cap. *inter alia*, colum. antepenult. vers. *nunc quæro*, post Bart. in dicta l. *præsenti*.

LEY V.—Quales omnes manda el derecho de las leyes antiguas sacer de la Iglesia.

Yerroz muy grandes fazen los omes a las vegas, sin los que dize en la ley ante desta, porque han de foyr a las Iglesias, temiendo de pena. E por esto mando el Derecho de las leyes antiguas (1), que los saquen dellas sin caloña ninguna; assi como los traydores conocidos, e los que matan a otro a tuerto, e los adulteradores, e los que fuerçan virgines, e los que tienen de dar cuenta a los Emperadores, e a los Reyes, de sus tributos (2) o de sus pechos. Ca non seria cosa razonable, que tales malfechores como estos emparasse la Iglesia, que es casa de Dios, donde se deue la justicia guardar mas complidamente, que en otro logar; e porque seria contra lo que dixo (3) nuestro Señor Iesu Christo por ella: que la su casa era llamada casa de Oracion, e non deue ser fecha cueva de ladrones (4).

(a) Véanse nuestras notas á la ley anterior.

LEY V.—Secundum leges antiquas non gaudebant immunitate ecclesie proditores manifesti, homicidæ, adulteri, raptores virginum, et Principis ratiociniis ob exactiones tributorum obligati. Hoc dicit.

(1) *Leyes antiguas.* Vide in authent. *de mandatis Princip.* §. *quod*

*si delinquentes*, vers. *neque*, collat. 5. illa tamen lex abrogata est de jure Canonico, secundum Gloss. et Abb. et communem opinionem Doctorum in dicto cap. *inter alia*, ubi Abb. 4. 3. et 6. column.

(2) *De sus tributos.* Vide in dict. *authent.* et vide quod dixi suprâ eod. in l. 2. in glos. in verbo. *Por debda*.

(3) *Dixo.* Mathæi 21. v. 15.

## TITULO XII.

## DE LOS MONESTERIOS, E DE SUS EGLESIAS, E DE LAS OTRAS CASAS DE RELIGION.

Arredrandose los omes de las cosas deste mundo (1), touieron los Santos Padres, que era carrera, por que mas desembargadamente se podriau allegar a ganar el amor de Dios, e por esso ouo y algunos dellos, que escojeron sus moradas en los montes (2) yermos, e otros cerca de poblado, pero apartadamente; tales logares como estos, de qualquier natura que sean, son llamados Monesterios, o casas de Religion, porque estan los omes en buena deuocion, e en cuydado siempre de servir a Dios, mas que de otra cosa. E pues que en el título ante deste hablamos de los Priuilegios, e de las franquezas que han las Iglesias, conuiene a dezir en este, de los otros logares que son de Religion. E mostrar, a quales logares llaman religiosos, e por cuyo mandado los deuen fazer. E a quien deuen obedescer, e en que cosas. E despues que fueren fechos, si los pueden toller los omes de aquel sercicio, e seruirse dellos, como de otras cosas que fuessen suyas propias. E los que moraren en algunos logares destes sobrodichos, segun qual Orden deuen beuir. E que derecho deuen auer los Religiosos en las Iglesias que tienen.

## TITULUS XII. DE RELIGIOS. DOMIBUS.

(1) *De las cosas deste mundo.* Dixit Simon Petrus ad Jesum: *Ecce nos reliquimus omnia, et sequuti sumus te*, Mathæi, cap. 19. v. 27. Super quibus verbis dicit S. Bernardus in *declamationibus*: «Omnia sanè dixerim, non tantum possessiones, sed etiam cupiditates, et eas maximè, plus enim concupiscentia mundi, quam substantia nocet; et hæc fugiendarum causa diuitiarum præcipua est, quòd aut vix, aut nunquam sine amore valeant possideri. Limosa siquidem et glutinosa nimis, non modò exterior, verum etiam interior substantia nostra videtur, et facilè cor humanum omnibus quæ frequentat, adhæret.»

(2) *En los montes.* Inuenimus eum in campis syvæ, Psalm. 131. v. 6: et pinguescent speciosa deserti: Psalm. 64. v. 15: et quando Adam solus erat, non est prævaricatus, quia mens ejus adhærebat Deo, cap. *quando Adam, de pœnit.* dist. 2. Ecce elongavi fugiens, et mansi in solitudine, Psalm. 54. v. 8. Spiritus Sanctus non libenter habitat, ubi turbæ, et frequentia, et dissensiones, et rixæ, sed propriè sedem habet solitudinem, Chrisost. super Matth. Et non primus Scipio seivit tunc solus non esse, cum solus esset, neque minus otiosus, quàm cum otiosus esset, Ambros. lib. 5. *officio.* cap. 1. et quod dicit epistola 41. et idè dicit Glos. in cap. *luminoso*, 18. quæst. 2. quòd monasteria potius sunt ædificanda in solitudine, quàm in urbibus; et vide in cap. *si cupis*, ubi etiam Gloss. 16. quæst. 1.

LEY I.—Quales logares son llamados Religiosos, e por cuyo mandado deuen ser fechos.

Casas de Religion (1) son dichas las Hermitas, e los Monesterios de las Ordenes, e de las Iglesias, e los

Ospitales, e las aluerguerias, e todos los otros logares, que señaladamente fazen los omes a seruiçio de Dios, en qualquier nome que ayen; e avn los Oratorios que fazen en sus casas con otorgamiento de sus Obispos. Pero departimiento ay entre todos estos logares sobredichos: ca los unos son llamados religiosos e sagrados; assi como los que son fechos con otorgamiento del Obispo, quier sean Iglesias, quier Monesterios, o otros logares, que sean fechos señaladamente para seruiçio de Dios: e los otros son llamados tan solamente religiosos; assi como los Ospitales (2), e las aluerguerias que fazen los omes, para rescebir los pobres, e las otras cosas, que son fechas, para fazer en ellas cosas e obras de piedad.

LEY I.—Religiosa loca dicuntur Monasteria, Heremite, Ecclesie, Hospitalia, et alia loca ad seruitium Dei facta. Item et Oratoria licentia Episcopi facta, et loca alia ad opera pietatis constructa, quorum aliqua, ut ecclesie, monasteria, vel alia loca ad cultum Dei, de auctoritate Episcopi sunt etiam sacra. Hoc dicit.

(1) *De religio.* Religiosus locus, et sacer, habent se tamquam genus, et species; transit enim à nomine speciali, et dicitur sacer, quando dedicatur ab Episcopo, et remanent in generali, quòd dicitur religiosus locus; ergò sacer religiosus est, sed non convertitur, Hostiens. in summa, *de religio. domib.* et hic.

(2) *Ospitales* Quando auctoritate Episcopi sunt fundata, intellige, et vide in cap. *ad hæc, de religio. domib.* aliàs non reputantur loca religiosa, ut de corpore ecclesie intelligantur: et quando Hospitale non fuit constructum auctoritate Episcopi, dominus potest pœnitere quandocumque vult, Bald. in l. *orphanotrophos, C. de Episc. et cleric.* neque relicta tali Hospitali acquiruntur sibi, sed Episcopus distribuet inter pauperes, Bald. notabiliter in authent. *hoc jus porrectum*, col. 2. *C. de sacrosanct. Eccles.* et vide per eum in dict. l. *orphanotrophos*, vers. *quæro utrum lex*, neque censetur tunc esse venerabilis, et pius locus, ut tradit Alexand. 1. vol. consil. 120. *super eo quod quæritur*, vol. 2. vers. *posset etiam responderi*.

LEY II.—A quien deuen obedescer los logares religiosos, e en que cosas.

Obedescer deuen los Monesterios, e los otros logares religiosos, a los Obispos en cuyos Obispados fueren, e señaladamente en estas cosas (1): como en poner Clerigos en las Iglesias (2), e en las Capillas que son fuera del Monesterio, e en tollergelas, quando fizieren por que; e en castigar (3) los malhechores; e en ordenar (4), e en consagrar las Iglesias (5) e los altares; e en dar la Crisma, e penitencias, e otros Sacramentos (6), e en judgarlos (7) en las cosas que les ouieren de ser demandadas en juyzio. E todas estas cosas sobredichas son llamadas, de la ley de la jurisdiccion, que quiere tanto dezir, como señalados derechos que han de dar, e de fazer a los Obispos en sus Obispados. Mas en otras cosas, que pertenescen al derecho de la ley diocesana, que quiere tanto dezir, derecho que ha de auer el Obispo de los Clerigos de su Obispado, que son estos: Que deuen venir quando los llamaren a Synodo (8), e soterrar los muertos (9), e fazer procession (10) seyendo el Perlado en el logar; e en darle Catedratico (11) cada año, que es dos sueldos (12) de la moneda mas comunal, que andouiere en la tierra; e la tercera, o la quarta parte de las mandas que los omes fazen a los Clerigos a sus finamientos (13), segund que es costumbre (14) de cada logar, e otrosi en darle la tercera, o la quarta parte de los diezmos (15), o procuracion: e possada (16), que

quiere tanto dezir, como darle la despensa: de todas estas cosas son quitos e libres los Monesterios, fueras ende en la procuracion (17), que le deuen dar, quando los visitare. Pero si algunos Monesterios ouiesen Egle-  
sias Parrochiales (18), tenudos son (19) de obedescer a su Obispo, tambien en los derechos de la ley diocesana, como en los de la jurisdiccion; fueras ende si el Monesterio con todas sus Iglesias fuesse essento por priuilejo que les ouiesse dado el Papa. E maguer los Monesterios sean quitos de los Obispos de la ley diocesana, segund de suso es dicho, si quando les fizieron de nuevo, fue puesta condicion (20), que les diessen alguna cosa señaladamente, tenudos son de lo cumplir. Esso mismo deuen fazer, si fuere, o fuesse costumbre (21), vsada de luengo tiempo, de les fazer algun seruiicio señalado (a).

(a) Sobre estas materias véanse los capítulos de reform. y de Regul. del santo concilio de Trento.

LEX II. — Monasteria subsunt Episcopis quoad legem jurisdictionis, quae consistit in clericorum institutione et destitutione, correctione, reformatione, ordinum collatione, ecclesiarum et altarium consecratione, sacramentorum, quae ab Episcopo sunt recipienda, perceptione, jurisdictione omnium causarum ad ecclesiasticam forum spectantium: in his verò, quae spectant ad legem diocesanae, sicut ad Synodum vocatio, seu ad sepulturas vel exequias mortuorum, ad processiones, quae Episcopo praesente fiunt, cathedralici solutio, quarta funeralium, tertia, vel quarta decimarum, hospitium, exempta sunt monasteria, praeter procuracionem ratione visitationis, et obedientiam, et subiectionem in ecclesiis seu capellis parochialibus ad monasterium spectantibus, privilegio exemptionis cessante. Si tamen in constructione Monasterii aliquid fuit statutum, quod daretur Episcopo, vel ex antiqua consuetudine aliquid seruitium debetur, seruandum et pactum, et talis consuetudo. Hoc dicit.

(1) En estas cosas. Ortum habet ista lex à notatis per Gloss. in cap. 1. in summa, et in cap. Eleutherius, 18. quæst. 2. et per Gloss. in cap. dilectus, de officio ordinari. Monasteria ergo de jure communi sunt exempta à lege diocesana, non à lege jurisdictionis, cap. inter cetera, 10. quæst. 3. cap. quam sit, 18. quæst. 2. dict. cap. dilectus, ubi Gloss. et vide de istis per Innocent. in cap. 1. de statu monach. et primo proponit hic de his, quae sunt de lege jurisdictionis: secundò, de his, quae sunt de lege diocesana.

(2) Poner Clerigos en las Iglesias. Institutio, et destitutio in omnibus ecclesiis diocesis pertinet ad Episcopum de jure communi, cap. conquirente, de officio ordinari. et hic, et cap. omnes basilicæ 16. quæst. 7. vide per Abb. in dict. cap. conquirente, vers. 4. tenentur. (3) Castigar. Adde cap. 1. et cap. irrefragabilis, de officio ordinari. et cap. licet.

(4) Ordenar. Adde 9. q. 2. per totum, et cap. nullus, de paroch. (5) Consagrar las Iglesias. De consecr. eccles. vel altar. per totum, et vide in cap. veniens, de praescript.

(6) Sacramentos. Adde dict. cap. conquirente.

(7) Judgarlos. Adde dict. cap. conquirente.

(8) A Synodo. Habes hic, quòd Synodus est de lege diocesana, et idem dicit Gloss. in cap. dilectus, de officio ordinari. et Innocent. in cap. 1. de statu regul. et Gloss. in cap. dilectus, de officio ordinari. et habes etiam hic, quòd Abbas monasterii non tenetur ire ad Synodum, cap. nimis iniqua, de excess. Praelat. et intellige quando non subest causa rationalis vocandi eum ad Synodum, vel quando sunt exempti, et non habent populum Episcopo subjectum, ut latius declarat Abb. post Hostiens. quem vide in cap. quod super his, de major et obed.

(9) Soterrar los muertos. Vocatio ad exequias, seu sepulturas est de lege diocesana; nam in aliquibus locis est de consuetudine, quòd mortuo Praelato, vel sacerdote, vocantur omnes clerici civitatis ad exequias, ad quas non compelluntur venire religiosi, secundum Innocent. in cap. 1. de statu regul. et voluit Gloss. in dict. cap. dilectus, de officio ordinari.

(10) Procession. Adde cap. nimis prava, de excess. Praelat. ubi Doctores limitant, nisi ex magna causa fieret processio, veluti in novo introitu Episcopi, vel Legati, imminente peste, vel alio flagello, vel in generabilis Litanis, quae vocantur Rogationes, et tradit Abb. in dicto cap. dilectus, de officio ordinari. col. penult. vers. undecimo, contra Innocent.

(11) Catedralico. Sequitur Gloss. in dict. cap. dilectus, et Innocent. in dict. cap. 1. de statu regul. et vide in cap. inter cetera, 10. quæst. 3. et cap. quam sit, 18. quæst. 2.

(12) Dos sueldos. Vide in dict. cap. conquirente, de officio ordinari. ubi Abb. dicit, istos solidos debere esse aureos; lex ista dicit monetæ usualis, facit l. numm. ff. de legat. 3. Hostiens. dicit, quòd inspiciatur consuetudo tam in quantitate, quam in qualitate pecuniæ, allegat cap. neque numerus, 10. quæst. 3. et cap. Ecclesiis, de censib. et cap. olim; vide per eum in summa, de censib. §. ex quibus causis, et de officio ordinari. §. quid pertinet. col. fin.

(13) A sus suamientos. Quarta ergò funeralium, seu mortuorum est de lege diocesana, et ita tenet Innocent. in dicto cap. 1. de statu monach. allegat cap. quæstisti, et cap. decimas, 16. quæst. 1. Joan. de Imol. et Abb. per dict. cap. dilectus, tenet contrarium: imò, quòd sit de lege jurisdictionis, et quòd teneantur monasteria; quod videtur verius per textum in cap. officii, et cap. requisisti, de testament. et cap. de his, de sepult. et tenet etiam Hostiens. in summa de statu monach. §. et in quibus.

(14) Costumbre. Vide infra tit. proxim. in l. 5.

(15) De los diezmos. Intellige secundum Joan. de Imol. in dict. cap. dilectus, in casibus in quibus monachi non tenentur ad decimas, veluti de fructibus, quos propriis manibus excolunt, vel de his qui essent privilegiati, juxta ea quae habentur in cap. ex parte, et cap. nuper, de decim. nam alii tenentur ad decimas; et idem dicit Abb. in dicto cap. dilectus, col. 3. item si monasterium habet populum non exemptum à quo percipit decimas, tenetur dare quartam Episcopo, sicut alia ecclesia secularis, secundum Innocent. in cap. quod super his, de major. et de obed. Gloss. et Abb. in dicto cap. dilectus.

(16) Possada. Hospitium, et alia obsequia sunt de lege diocesana, Gloss. in dicto cap. dilectus, Innocent. in dicto cap. 1. de statu monach. et facit cap. quam sit, 18. quæst. 2. ex quo nota secundum Abb. in dicto cap. dilectus, quòd monasteria non possunt compelli per Episcopum ad hospitandum aliquem Praelatam, vel dominum, vel quòd praestent aliqua obsequia.

(17) Procuracion. Adde cap. cum ex officio, de praescript. Gloss. 10. quæst. 1. in summa, cap. sopite, et cap. cum nuper, de censib. Abb. omnibus enim subjectis, nisi ostendant se exemptos, debetur procuratio ratione visitationis, adeò quòd neque per Episcopum remitti potest, cap. cum venerabilis, de censib. et nota, quòd ponit hic procuracionem ratione visitationis, inter ea quae sunt de lege diocesana; Hostiens. in summa, de officio ordinari. §. quod pertinet, vers. sunt autem quadam, dicit, quòd est de lege jurisdictionis: an autem teneantur ad charitativum subsidium, vide per Abb. in cap. cum Apostolus, de censib. et in cap. 1. de statu regul.

(18) Ouiescen Iglesias Parrochiales. Adde cap. sanè, 16. quæst. 2. et cap. cum et plantare, §. in ecclesiis, de privileg. Gloss. 10. quæst. 1. in summa, et Gloss. in cap. dilectus, de officio ordinari.

(19) Tenudos son. Intellige in his, quae concernunt populum, seu ecclesias parochiales, nam in illis subijcitur monasterium Episcopo quoad legem diocesanae; sed in non concernentibus populum, monasterium manet exemptum à lege diocesana, secundum Innocent. et Abb. in cap. 1. de statu regul.

(20) Condicion. Vide in cap. Eleutherius, 18. quæst. 2.

(21) Costumbre. Vide in cap. fin. 18. quæst. 2.

LEX III. — De las cosas que son dadas al seruiicio de Dios, que non las deuen despues tornar a seruiicio de los omes.

Mudadas non deuen ser las Iglesias, nin los Monesterios, nin los otros logares religiosos, que son nombrados en la segunda ley deste titulo, para seruirse los omes dellos, assi como farian de los otros, que han poder de los vender, nin para vsar dellos en otra manera (1). Onde si algun Monesterio se dañasse, o se empeorasse, por

maldad de los Religiosos, o de otros omes qualesquier que y fuessen, deuenlos el Obispo, o el otro Mayoral, que lo ouiere de fazer, echar de alli aquellos que tales fueren e meter otros de aquella Orden (2), que sean buenos. E si por auentura non los pudiesse auer, deue y poner omes buenos de otra Orden de Religion: e avn si tales como estos non fuessen, nin fallassen, estonce puede poner en aquellos Monesterios Clerigos seglares (3): e los que pusiere alli por tal razon como esta, deuen aprouechar destos logares, e fazer seruiicio a Dios en ellos. E si algun Monesterio fuesse sacado de poder del Obispo, por priuilejo que ouiesse del Papa, si el Abad, o el Mayoral de aquel lugar, fiziesse obediencia al Obispo (4) sin consentimiento de su Conuento; en tal manera non empesce a su Monesterio, nin quebranta por esso su priuilejo: e avn si lo fiziesse con consentimiento de su Conuento, non empesceria al Papa (5) en aquellas cosas que ouiesse detenido para si. Otra manera ay en que non empesce al Monesterio la obediencia que fiziesse el Abad, o el Mayoral del al Obispo; e esto seria, como si algun Obispo usasse por quarenta años, o mas, de fazerle obediencia, e despues desto el Mayoral de aquel lugar fiziesse obediencia a otro Obispo sin consentimiento de su Conuento.

LEX III. — Ecclesiae, et monasteria non sunt ad humanos usus transferenda; et si monasterium aliquod ex malitia religiosorum male videntium deterioraretur, Episcopus vel alius superior cui incumbat, expulsis illis, alios ejusdem ordinis ponat ibi, vel alterius ordinis, si ejusdem non inuenierit, et in defectum istorum clericos saeculares. Item si monasterio exempto fiat per Abbatem obediencia Episcopo, non nocet majori Ordinis, vel Papae, etiamsi fiat de consensu Conventus, neque nocet Conventui, quando sine ejus consensu facta fuit. Hoc dicit.

(1) En otra manera. Posset tamen Papa invitis monachis locum religiosum deputare clericis secularibus, cum de jure possit supra jus dispensare, cap. proposuit, de concess. praebend. cap. per principalem, 9. quæst. 3. verumtamen non decet eum, secundum Hostiens. in summa, de relig. domib. vers. vel è converso; posset tamen Episcopus favore religionis ecclesiam saecularem transformare in regularem, cap. bonæ rei, 12. quæst. 2. cap. apostolica, de donation. vide per Gloss. in cap. ad audientiam, de eccl. edific.

(2) De aquella Orden. Concordat cum cap. relatum, ne clerici vel monachi.

(3) Clerigos seglares. Concordat cum cap. inter quatuor, de relig. domib.

(4) Obediencia. Concordat cum cap. cum dilectus, de relig. domib. ubi post Gloss. Doct. dicit, quòd sola obediencia Praelati exempti Episcopo praestita, non sufficit ad transferendum possessionem subiectionis in Episcopum, sed requiritur totus Conventus; et dicit Abb. quòd neque sufficeret totus Conventus quoad praedictum Papae, qui possidet subiectionem in Monasterium, vide per eum.

(5) Al Papa. Adde cap. cum tempore, de arbit. cum glossa ibi.

LEY IV. — Como si los Monesterios e las Iglesias fueren ayuntadas en uno, qual Regla deuen tener.

Unidad, e ayuntamiento pueden fazer de dos Monesterios, e de dos Iglesias. E es o puede ser fecho en tres maneras (1). La primera es, quando algun Monesterio se mete so poderio de otro, o alguna Iglesia so poderio de otra (2). Ca estonce aquella que es sometida a la otra, deue beuir so la Regla de aquella a que se somete, e vsar de los priuilejos della; e segund esto dixeron los Santos Padres, que la vna Iglesia cuelga de la otra. La segunda manera es, como quando ayuntan dos

T. II.

Monesterios, o dos Iglesias en uno; de manera que non es sometida la vna a la otra, mas como son iguales (5) assi que los que son Monjes, o Calones de la vna, son de la otra, e todas las cosas que tienen son comunales, tambien a los vnos como a los otros: e los que desta manera son ayuntados, son como una Iglesia, e un Conuento, e deuen beuir segund la Regla, e las costumbres mejores de cada vna dellas: e si fueren de dos Obispos, cada vna dellas deue obedescer a su Obispo, e fazerle a aquellos derechos, que le fazian ante que fuesen ayuntadas, porque non venga daño, nin menoscabo a los Prelados dellas (4). La tercera manera es, quando dos Iglesias, o dos Monesterios se ayuntan en uno, para auer vn Perlado (5). Pero en todas las otras cosas, cada vna dellas deue estar por si, e beuir de sus rentas, e apartadamente (6) segund su Regla. E por qualquier destas maneras sobredichas, que se ayuntan dos Iglesias, o dos Monesterios en vno, deuenlo fazer en cada logar con consentimiento de su Obispo (7), e non de otra guisa, fueras ende, si lo fiziesen por mandado del Papa: otrosi, quan lo el Obispo lo hubiere de fazer, deue demandar consejo a su Cabildo (8).

LEX IV. — Si una ecclesia, vel monasterium alteri unitur, ut ei sit subjecta, vivit secundum majoris regulam, et utitur ejus privilegiis. Si autem unitur, ut sint aequales, tunc secundum consuetudinem ambarum vivunt, et omnia sunt eis communia; obediunt tamen quaelibet suo Episcopo, si sunt diversarum diocesium. Si tamen ununtur, ut habeant unum Praelatum, tunc nihil eis est commune: et tales uniones non fiunt, nisi per Papam, vel per Episcopum cum consilio Capituli. Hoc dicit.

(1) En tres maneras. Ortum habet ista lex à notatis per Gloss. in cap. et temporis qualitas, 16. quæst. 1. et cap. 1. ne sede vacante, ubi Gloss. in verbo uniendo, Hostiens. in summa, §. quod modis fiat unio, ponit istos tres modos, de quibus hic, et alios duos. Primus scilicet, quando fit unio, ut spiritualia tantum communicentur, sicut multae ecclesiae Cathedralis, et multa monasteria sunt unita, quo casu, mortuo uno de fratribus, fit in alia ecclesia pro ipsius anima, sicut in propria, puta fit septimum, vigesimum, trigesimum suum, reficitur unus pauper, et similia; et haec unio sine Papa, et sine diocesano Episcopo fieri potest. Secundus, quando altera ecclesia in Cathedralis erigitur, et unitur alteri Cathedrali, et unus fit duarum Episcopus, quam unionem solus Papa facere potest, cap. quod translationem, de officio legat. cap. sicut unire, de excess. Praelat.

(2) So poderio de otra. Subijcitur namque isto modo una ecclesia alteri in spiritualibus et temporalibus, ita quòd una sit mater, altera filia, ut in cap. cum dilectus, quod metus caus. et tunc filia sortitur privilegia, et consuetudines matris, vide in cap. recolentes, ad fin. de statu monach. et per hanc unionem non fiet praedictum diocesano, in cujus diocesi erat illa, quae alteri subijcitur, etiamsi confirmatio fiat per Papam, nisi aliud exprimat in ea, per id quod habetur in cap. cum dilecta, ad fin. de confirm. utili, vel inutili, et in cap. 2. de relig. domib. vel nisi fieret de consensu ipsius Episcopi, ut in cap. inter dilectos, de donation. et tenet Joan. Andr. et Joan. de Imol. in dicto cap. 1. ne sede vacante.

(3) Mas son como iguales. Et isto modo unum est collegium utriusque ecclesiae quoad spiritualia et temporalia; itaque, qui est canonicus in una, est canonicus in altera; et quando sic ununtur, communicant sibi potiora privilegia, ut tradit Gloss. in dicto cap. et temporis, et in dicto cap. 1.

(4) A los Prelados dellas. Adde cap. 2. de relig. domib.

(5) En uno para auer un Perlado. Tunc quaelibet ecclesia in suo statu et honore remanet, et erit unus Praelatus duarum ecclesiarum, et ab omnibus communiter eligetur in loco, de quo in unione conventum est; et si de hoc non fuit conventum, dic. ut per Abbatem in dicto cap. 1.

(6) Apartadamente. Vide quae dixit in l. 27. tit. 7. supra, cad. Partita, in glossa magna.